Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



De sta Trinitate

Benedicta sit sta Trinitas atq indivisa
unitas confitebimur ei, qm fecit nobiscum misericordiam
suam ℣ Benedicamus patrem et filium cum
sto spiritu laudemus et superexaltemus eum in secula
℣ Gracia pri Collta Omnipotens sempiterne deus qui
dedisti famulis tuis in confessione vere fidei
eterne trinitatis gloriam agnoscere et
in potentia maiestatis adorare unitatem
quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus
nos muniamur adversis Epsta ad Corinth
Fratres Gaudete perfecti estote exhortamini
idem sapite pacem habete et deus pacis
et dilectionis erit vobiscum. Gracia domini nri Ihu
xpi et caritas dei et communicatio sti spiritus
sit semper cum omnibus vobis amen Gr. Benedictus
es domine qui intueris abissos et sedes super cherubim
℣ Benedictus es domine in firmamento celi et laudabilis
in secula Alleluia ℣ Benedictus es domine deus patrum
nostrorum et laudabilis in secula Alla Secdm Johem
In illo tpe dixit Ihus d. s. Cum venerit
paracletus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit ille testi
monium perhibebit de me, et vos testimonium
perhibebitis, quia ab initio mecum estis
hec locutus sum vobis ut non scandalizemini
Absque synagogis facient vos, sed venit
hora ut omnis qui interficit vos arbitretur
obsequium se prestare deo, et hec facient vobis